



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Corpus Doctrinae Christianae

Melanchthon, Philipp

Lipsiae, 1572

VD16 M 2890

De Poenitentia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36094

hic faror Antinomorum late vagatus est, etiam apud alios. Sed manifeste damnatur illustribus testimonijs diuinis. 1. Timoth. 1. Militiam animi militiam, retinens fidem & bonam conscientiam. Item 1. Cor. 6. Scortatores, Adulteri, Homicidæ, &c. non possidebunt regnum Dei. Rom. 8. Si actiones carnis spiritu mortificabitis, viuētis. Item de Aaron: Dominus voluit conterere eum.

D E P O E N I T E N T I A.

ET SI nomen pœnitentia magis congruit ad contritionem, seu patores & dolores, tamen Ecclesia sic nominat conuersionem ad Deum, quæ & dolores & consolationem continet, seu mortificationem & viuificationem, ut Paulus nominat. Et interdum narrationes Evangelicæ sic loquuntur: Gaudium est Angelis de uno peccatore, pœnitentiam agente. N E C tamen λογισμαχίας mouemus, si quis aliter uult loqui, non pugnamus cum eo. Retinemus bono consilio uocabulum in Ecclesia notissimum, ut res citius intelligatur, & magis perspicua sit refutatio errorum & labyrinthorum, quibus Monachi multis sæculis doctrinam de pœnitentia corruperunt.

Q U I D E S T P O E N I T E N T I A S E U
conuersio ad Deum?

P O E N I T E N T I A seu conuersio ad Deum est contritio, id est, uerus pœnor & dolor cordis propter peccata nostra, & fide in Christum accipere remissionem peccatorum, reconciliationem, iustificationem & viuificationem, & incoare nouam obœdientiam.

Q U O D S V N T P A R T E S
Pœnitentiæ?

T R E S sunt. Contritio, fides, & noua obœdientia. Hanc partitionem docendi causa bono consilio sic tradidimus, & petimus eam sine calumnijs intelligi.

Q U I D E S T C O N T R I T I O?

E S T uere expauescere agnitione iræ Dei aduersus peccata nostra, & dolere quod Deum offendimus, iuxta hæc dicta: Sicut leo contritum omnia ossa mea. Et Iesaiæ 66. Ad quem respiciam, nisi ad contritum spiritu, & tremementem sermones meos. Et Ieremias inquit: Postquam ostendisti mihi, percussisti femur meum, id est, consternatus sum.

Q U I S V N T P R A E C I P V I E R R O R E S
Papistarum de contritione?

D V O sunt præcipui errores Papistarum de contritione. Prior est quod dicunt: Oportere esse sufficientem contritionem, cum nulla possit esse sufficiens. Et ubicunq; crescunt dolores sine consolatione & fide, ruunt homines in æternum exitium.

A L T E R

ALTER error est manifesta contumelia contra Christum, quod fingunt, contritionem mereri remissionem.

ESTNE CONTRITIO NECESSARIA?

RESPONDEO. Est necessaria aliqua contritio, quia in iamento dicitur: Vivo ego, nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur & vivat. Oratio copulativa est, & utrunq; affirmat. Vult fieri conversionem, & promittit vivificationem. Significat autem in eodicto conversio non simulatum dolorem, & mutationem prioris propositi. 2. Corinth. 7. Contristati estis, ad poenitentiam, & tristitia secundum Deum, poenitentiam ad salutem non poenitentiam estis. Rom. 6. Vetus noster homo simul crucifixus est, ut aboleretur vetus peccati, ne serviamus peccato. Item: Initium sapientie, timor Domini. Supra citatum est dictum Iesae: Ad quem respiciam, nisi ad contritum spiritu, & tremementem sermones meos. Item: Scribitur corda vestra. Item: Deus ignis consumens est. Deus in calamitatibus hanc miseram naturam ideo oneravit, ut iram aduersus peccatum agnoscamus, & perterrefacti confugiamus ad iustitorem. Iesae 28. Vexatio dat intellectum. Psalm. 118. Bonum michi quod humiliasti me, ut discerem iustificationes tuas.

CONTRA.

De ignoto non potest esse dolor,

Multa & magna peccata, quae tamen non novimus, remittuntur,
Ergo non est necessaria contritio.

RESPONDEO ad maiorem: De ignoto non potest esse dolor, scilicet in specie. Deinde ad minorem respondeo: Multa & magna peccata, quae tamen non novimus, scilicet in specie, remittuntur, sicut scriptum est: Delicta quis intelligit? Sed in genere notum est, in hac depravata massa caliginem & dubitationes esse, & in ultas errorum flammis, ut sentimus. Ideo Propheta in Psalmo simul completatur haec mala: Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Neceesse est igitur, aliquem verum dolorem in nobis esse, in quo cum fide erigimur, accipimus remissionem peccatorum. Nec disputandum est, an sit sufficiens dolor, qui non pendet remissio ex merito, aut magnitudine doloris, sed certum est, nullum esse sufficientem dolorem, & cum crescit dolor sine consolatione, homo ruit in aeternum exitium. Experimur autem in veritate, in vera conversione luctam ingentem esse, & non sine magno tamine apprehendi consolationem fide, sicut inquit ille: Circumdamine, sed, opem fer in becillitati meae. Item, Spiritus in corpore pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Item, Spiritus opitulatur infirmitati nostrae.

Q 11

QVID INTEREST INTER TIMOREM
seruilem, & timorem filialem?

RESPONDEO. Timor seruilis est pavor & sensus iræ Dei, sine fide, id est, sine fiducia misericordiæ accedente ad Deum, & sine consolatione, erigente corda in doloribus inferorum, vt pavor in Iude, Iuda & similibus, qui fit horribilis fremitus aduersus Deum, & contra Deum, de quo dicitur I. Iohannis 4. Perfecta dilectio foras eiecit timorem.

TIMOR filialis est pavor & sensus iræ Dei, sed cum fide, id est, cum fiducia misericordiæ, accedente ad Deum, qua liberantur corda ex doloribus, & clamant ad Deum, Abba pater, inter ipsos dolores, quos tamen vincit consolatio, sicut Dauid in excellentibus doloribus tamen erigitur, ut cum inquit Psalmi 41. Quem admodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, sic desiderat anima mea ad Deum meum. Item: Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in eam, quoniam adhuc confitebor eum, Salutare, vultus mei, & Deus meus.

TALIS est sanctorum contritio in hac terra. Et huc pertinet dictum, Timor Domini initium sapientiæ. Alias descriptiones timoris seruilis & filialis volens omitto, quas otiosos disputatores fingunt: Timorem filialem esse, qui non timet penas. Sed sciamus, mixtos esse hos ingentes motus in sanctis, Timorem & sensum pænæ, & fidem accedentem ad Deum. Quia vult Deus sanctos aliquo modo intelligere iram aduersus peccata, vt Ieremiæ 31. dicitur: Postquam ostendi tibi iram, percussisti femur meum, confusus sum & erubui, conuerte me & conuertar. Item Iesaiæ 28. Facit alienum opus, ut faciat proprium.

CONTRA:

In prima epistola Iohannis cap. 4. dicitur: Timor non est in dilectione, sed perfecta dilectio foras pellit timorem,

Ergo non est in sanctis timor.

RESPONDEO: Vltima interpretatio est dicti Iohannis: Timor non est in dilectione, scilicet, seruilis. Recte sic dicitur. Sed hæc non de otiosis speculationibus intelligantur, sed sciamus, Timorem seruilem nominari fugam & fremitum aduersus Deum, sine fide, vt fugam Cain, Saul, Iudas. Cain inquit: Maius est peccatum meum, quam ut remittatur. Hunc timorem inquit Iohannes eieci, scilicet, quia fide corda eriguntur, vt quanquam sunt in dolore, tamen eluctentur, & simul accedant ad Deum, sicut inquit Paulus: Gratia exuberat supra delictum. Et Psalmi 11. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remittis mihi impietatem peccati mei. ACCEDENTE autem fide, Timor fit filialis, & simul accenditur dilectio, quæ fides affert pacem, qua cor acquiescit in Deo; iuxta dictum: Iustificati fide pacem habemus erga Deum. Et deinde dicitur:

dicitur: Dilectio Dei effusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, &c. Et tamen simul adhuc corda quatuntur dubitationibus & magnis doloribus. Et semper repetenda est precatio: Credo Domine, sed opem fer imbecillitati meae. Item: Spiritus adiuvat infirmitatem nostram. Item: Interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Interea simul dolor de peccato fit purior, & timor sit ordinata reuerentia erga Deum. Et nos loquimur de motibus, qui sensu percipiuntur in hac vita, in qua sensus irae Dei etiam in sanctis affertur tribu conseruationem, sed ex qua eluctantur erecti voce Euangelij & fide.

D E F I D E.

I N conuersione necesse est fieri mentionem, non solum horridi doloris, qui nominatur contritio, sed etiam consolationis, quae Deus inquit: Vius ego, nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat. Et manifestum est, Filium Dei missum esse, non ut opprobria Dei ruamus in aeternum exitium, sed ut reconciliati propter spem, & liberari ab ira Dei & aeternis poenis, rursus donemur iustitia uera aeterna, & Deus palam se nobis communicet, & sic omnia in omnibus, sicut inquit Christus: Sic Deus dilexit mundum, ut filium unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat uitam aeternam. Ideo necesse est, fidem poni alteram partem conuersionis, sicut Paulus loquens de conuersione nominat mortificationem & uiuificationem.

A c necesse est, ut non sit silentium de consolatione & fide. Imo expresse iubent dubitare, an recipiamur in gratiam, & maneamus in hac dubitatione. Contra has perniciosissimas tenebras, ut magis conspicui possit consolatio & doctrina de fide, nobis uisatum est, commemorare fidem partem conuersionis, quae certe complectitur mortificationem & uiuificationem.

S i quis amans rixarum motum, *λογισμας* non pugno. Sed sic loquimur, quia haec distributio eorum, quae communis est de fide. Et certe veteres descriptiones non sunt sufficientes. Poenitentia est plangere praeterita delicta, & plangere non facere. Hic enim non fit consolationis mentio.

Q uo ad rem gratis fide propter mediatorum accipiuntur remissio peccatorum, & iustificatio seu reconciliatio & uiuificatio, quae fit per filium donato Spiritu sancto, & haereditas uitae aeternae, manifesta reuerentia sunt. A. 10. Huic omnes Prophetae testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnes, qui credunt in eum. Hic Petrus recitat testimonium diuinae patefactionis, reportatum in uniuersa Ecclesia subinde missis Prophetis, quorum uerba Deus etiam illustria testimonia addidit. Hunc consensum Catholicae Ecclesiae & tanquam perpetuam Synodum, citat Petrus, ut breuiter

summa